

Ad verè Illustrem & Generosum virum  
**TYCHONEM BRAHEVM**  
Dn. de KNUDSTRUP, ASTRONOMUM PRINCIPEM.  
Ode Tricolos Tetrastrrophos.

**R**Omanus olim dum tumidos Getas  
Infestat armis, aut mare Ponticum,  
Gangens miles, inque Mædos  
Fert aquilas & acuta pilæ:  
Nullo potentem stare diu loco  
Strinxere divam compede, ne feros  
Visens Gelonus, aut sagittæ  
Conspicuus inimica Parthos;  
Ludo insolenti ferret in arduum,  
Versis ad imam Romulidu rotam.  
Sic ferreo alligata vinclu &  
Præpetibus videnta pennis  
Victoria, olim Cecropios lates  
Coacta fuit. Quis Tyrio loyem  
Stetisse nescit alligatum  
Compede, purpureas ad aras?  
Livor venenum tabiscum intimis  
Serpens medullis, cuncta sibi serens  
Nil alterius cœlestis numen  
Posse coli populos per omnes  
Invidit. At non Dania Balthicæ  
Superba frenatrix pelage cluens:  
Non illa (quamvis justior)  
Te poterat tenuisse vinclu  
O TTCHO) tandem Teuthonicis dars  
Invidit oris. Tu patrix tuæ  
Nomen perennando, per omnes  
Conspicuum volitare gentes  
Sollers dedisti: Quisquæ enim tuo  
Ductu eruditus per vagæ sidera  
Cælique inextricata quondam  
Regna, oculos animumq; voluit:  
Et justiori tramite certior  
Designet, ecquid terrifici ferant  
Mundo Cometæ: quis polorum  
Sit positus, varientq; fata:  
Sive ille latam Teuthoniae incolat,  
Vel Gallie oram, seu veteres Quados  
Bohemiamq; & Marcomannos  
Hesperiæve utriusq; regna:  
Votiva gratus carmina se tibi  
Debere dicet, dicet amabili  
Peane te paſſim juventus  
Vraniae studio & Matheſi  
Devota. Nam te liberior duce  
Stagyæ alumnump plurima perpetim  
Victura, tradidisse chartis;  
Multat tamen quoque nesciisse  
Dijudicabit. Projiciens vetus  
Glaucoma quo se scgnities, velut  
Autoritate fascinatam,  
In veterum placitus tuetur.  
Quinimmo quotquot præcipites lucris  
Agit cupidus, navifragis ratem  
Committere undis, & Guinea  
Auriferos petiſſe tractus:

Quem Lusitanis ire triremibus  
Ad Calecuti ditis aromatum pascinetus  
Portus, in eosq; Chinæ,  
Quinza idem Iaponesq; egredit.  
Hic ipse ductu dum melius tuo  
Scrutatur astra & per mare certior  
Decurrit, ignoto vetustiū  
Tramite, domi meritas laboris  
Grato elocutus murmure gratias  
Tibi reperdit; Tum Daniam quoque  
Honorat altricem, immo matrem;  
Te loquitur FRIDERICE, Regum  
Longo micantem syrnate: Te canit  
Foyisse regno (non genitum Iove  
Tyrinthium, cervice cuius  
Firmior axi uterque mundi  
Pependit olim, cum Iapeto satius  
Defessa solvit colla vicario)  
As hunc qui inobservata signa, &  
Perpetuos sine lege certa  
Frænavit orbes. Qui super igneas  
Devellus arces doribus ingenit  
Conspexit in quo fixus orbe  
Conficeret sua signa Phœbus,  
Phœbequé, ut illis machina terrea  
Verisque centrum præbeat; ut Venus  
Cyllenium secuta fidus,  
Ambiat ignivomas quadrigas  
Majore gyro. Martis ut orbitam  
Ioviq; currum & tardigradi senit,  
Ceu corda instar atque centris,  
Ætherea moderetur arte  
Cælestium Sol arbiter orbium  
Mundiq; rex, ut jam neq; dogmata  
Copernicæ, nec tuis nos  
Detineant Ptolomæi cycli.  
Sunt forte qui Danmarchica Martiis  
Ornent trophæ regna, & adorant  
Sunt forte qui regem decorant  
Confilioq; manuq; promti;  
At TTCHO diae mentu acumine  
Pridem exulantes Vraniae choros,  
Atque astra devocata cælo,  
Arte tuis FRIDERICE regni  
Inclusit audax: Nominis hic tuis  
Sceptriq; famam supra hominum genus  
Mortale, deduxit per omnes  
Limitis ætherei meatus.  
Quis posse credat? TTCHO tuis dedit  
Terrestre cælum (sit mibi fas novâ  
Miraculum explicare voce)  
Ille animum imperiumq; Olympo  
Equavit. Et quæ plura fatebitur  
Gratus labori quisquis erit, sacris  
Non invidenti felle tintitus,  
Vranies operatus aris.